

spora, forte legendum est in duali יְמִינֵי idem, id est duo tempora, quanquam idem plurale settani pro duali ponatur: quia Chaldei rarius duali, plerumque vero plurali, etiam pro duali, utuntur, ut docet Guido Fabricius in Grammat. Syrochalcide.

**26. JUDICIUM SEDEBIT.** — Judices sedebunt, puta Deus Pater ejusque angeli, qui auferent potestam Antichristi, et dabunt regnum aeternum populo Sanctorum, uti dixi vers. 10. Ibi enim figuram, sive symbolum a se visum narravit; hic vero illud explicat.

**27. MAGNITUDO REGNI, QUE EST SUBTER OMNE CELESTIUM, DETUR POPULO SANCTORUM.** — Est haec quinta monarchia, sive regnum Sanctorum. Queres, quodnam erit hoc regnum? Respondeat Porphyrius fuisse regnum Machabaeorum: in enim voluntate Sancti, quia pro Deo et lege pugnaverunt. Verum errat: nam illorum regnum non fuit eternum, sed tantum stetit in Iudea, Jonatha et Simonis, per 32 annos; deinde in posteris Simonis stetit usque ad Herodem per annos 126.

Secundo, alii, ut Papias et Chiliasm, per regnum hoc accipiunt mille annos, quibus ipsi putant Sanctos post resurrectionem in terra regnatores

cum Christo, ex Apocal. xx, 4. Verum hoc regnum post esse fabulosum; et esto esset verum, non tamen est aeternum.

Dico ergo, certum est hoc regnum fore Christi et Sanctorum: illudque non tantum spirituale, quale fuit in terra, cum ipsi persecutionibus, martyris et morti essent obnoxii: sed etiam corporale ac gloriosum, quo scilicet Sancti et corpore et anima beati, cum Christo in celis gloriose regnabunt secula seculorum. Porro hoc regnum inchoabunt Christus et Sancti in terra, mox post necem Antichristi; tunc enim Antichristi regno everso, Ecclesia ubique terrarum regnabit, et factum ex Iudeis quam ex Gentibus unum ovile, et unus pastor: et hoc immittit hic, cum ait, non «que est super», sed «que est subter omne celum», id est in omni terra, sive in omni plaga celo subjacta. Deinde paulo post hoc regnum confirmabitur et glorificabitur in celis per omnem eternitatem.

**28. HICUSQUE FINIS VERBI,** — scilicet angelii, q. d. Hic finem dicendi fecit angelus, hic finita est visione quam hoc cap. enarravi. Haecen Daniel scripsit chaldaice, reliqua vero deinceps scripsit hebreice.

## CAPUT OCTAVUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

**Anno 1** Balsasaris videt Daniel visionem cap. preeced. de quatuor monarchiis; hic anno tertio Balsasaris videt ea, que in secunda et tercia monarchia futura sunt. Hec ergo visio, tunc sit alia, est tamen reipsa pars superioris prophetie: describit enim hircum cum ariete, id est, Alexandrum cum Dario, Grecos cum Persis de Imperio decertantes. Secundo, vers. 9, describit unum cornu hirci, id est, unum et successoribus Alexandri, puta Antiochum Epiphaneum, ejusque potentiam et impietatem in Judeos. Tertio, vers. 15, Gabriel eo modo quo jam dixi, visionem Danieli interpretatur.

**1. Anno tertio regni Baltassar regis, visio apparuit mihi.** Ego Daniel post id quod videram in principio: 2. vidi in visione mea, cum essem in Susi castro, quod est in Aelam regione: vidi autem in visione esse me super portam Uli. 3. Et levavi oculos meos, et vidi: et ecce aries unus stabat ante paludem, habens cornua excelsa, et unum excelsius altero atque successens. Postea 4. vidi arietem cornibus ventilanteum contra Occidentem, et contra Aquilonem, et contra Meridem, et omnes bestiae non poterant resistere ei, neque liberari de manu ejus: recite secundum voluntatem suam, et magnificatus est. 5. Et ego intelligebam: ecce autem hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terre, et non tangebat terram: porro hircus habebat cornu insigne inter oculos suos. 6. Et venit usque ad arietem illum cornutum, quem videram stantem ante portam, et eucurrit ad eum in impetu fortitudinis sue. 7. Cumque appropinquaret prope arietem, efferratus est in eum, et percussit arietem; et comminuit duo cornua ejus, et non poterat aries resistere ei: cumque eum misisset in terram, conculeavit, et nemo quibat liberare arietem de manu ejus. 8. Hircus autem caprarum magnus factus est nimis: cumque crevisset, fractum est cornu magnum, et orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor ventos cœli. 9. De uno autem ex eis egressum est

cornu unum modicum: et factum est grande contra Meridiem, et contra Orientem, et contra fortitudinem. 10. Et magnificatum est usque ad fortitudinem cœli: et dejecti de fortitudine, et de stellis, et conculeavit eas. 11. Et usque ad principem fortitudinis magnificatum est: et ab eo tuli juge sacrificium, et dejecti locum sanctificationis ejus. 12. Robus autem oiam est ei contra juge sacrificium propter peccata: et prosternetur veritas in terra, et faciet, et prosperabitur. 13. Et audiui unum de Sanctis loquentem: et dixit unus sanctus alteri nescio cui loquenti: Usquequo visio et juge sacrificium, et peccatum desolationis, que facta est: et sanctuarium, et fortitudine conculebitur? 14. Et dixit ei: Usque ad vesperam et mane, dies duo milia trecenti: et mundabitur sanctuarium. 15. Factum est autem cum viderem ego Daniel visionem, et quererem intelligentiam: ecce stetit in prospectu meo quasi species viri. 16. Et audiui vocem viri inter Uli: et clamavit, et ait: Gabriel, fac intelligere istam visionem. 17. Et venit, et stetit juxta ubi ego stabam: cumque venisset, pavens corrua in faciem meam, et ait ad me: Intellige, fili hominis, quoniam in tempore finis complebitur visio. 18. Cumque loqueretur ad me, collapsus sum pronus in terram: et tetigit me, et statuit me in gradu meo, 19. dixitque mihi: Ego ostendam tibi quae futura sunt in novissimo maleficiationis: quoniam habet tempus finem suum. 20. Aries, quem vidisti habere cornua, rex Medorum est atque Persarum. 21. Porro hircus caprarum, rex Gracorum est, et cornu grande, quod erat inter oculos ejus, ipse est rex primus. 22. Quodautem fracto illo surrexerunt quatuor pro eo: quatuor reges de gente ejus consurgent, sed non in fortitudine ejus. 23. Et post regnum cornu, cum creverint iniquitates, consurget rex impudens facie, et intelligens propositiones. 24. Et roborabit fortitudo ejus, sed non in viribus suis: et supra quam credi potest, universa vastabit, et prosperabit, et faciet. Et interficiet robustos, et populum Sanctorum. 25. secundum voluntatem suam, et dirigetur dolus in manu ejus: et cor suum magnificabit, et in copia rerum omnium occidet plurimos: et contra principem principum consurget, et sine manu conteretur. 26. Et visio vespera et mane, qua dicta est, vera est: tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit. 27. Et ego Daniel langui, et agrovati per dies: cumque surrexisset, faciebam opera regis, et stuporabam ad visionem, et non erat qui interpretaretur.

**1. EGO DANIEL, POST ID QUOD VIDERAM IN PRINCIPIO.** — q. d. Post primam visionem quatuor bestiarum, de qua cap. preeced. Inuiti hanc visionem perfire, et quasi continuare precedentem, ut dixi.

**2. CUM ESSEM IN SUSI CASTRO.** — Daniel non erat Susi, sed in Babylone apud Balsasarem: sed per visionem videbatur sibi esse Susi. Ita Theodoletus. Unde ex Hebreo ita veritatem Vatabus: *Et in visione circumspectum, visus sum nichi esse in Susi castro.* Sic Ezechiel cap. xi, 1, in spiritu fuit in Jerusalem, ibique multa vidit. Visus est autem sibi esse Susi: quia inde Cyrus, qui Babylonem caperet, et Balsasarem occideret, erat venturus, Suso enim fuerunt regia Persarum. Ita ex Aben-Ezra Maldonatus.

**Nota:** Suso non est vox Graeca, uti censuit Aristoteles, et Charles; sed Hebreæ, Chaldeæ et Persica, ita dicta a litorum fertilitate et copia, ut habet Etymologicum magnum. Susan enim et Susanna hebreica significat litorium, a radice οὐσια, id est sex: litorium enim est hexaphylon, hoc est sex habet folia. Sic Rhodus, id est ro-

sa, dicta est insula, quia habet speciem rosa. Nota secunda: Suso fuit urbs maxima, hic tamen dictur castrum; quia undique validissimis munitis et turribus instar castri erat munita. Ita S. Hieronymus {1}.

{1} Obiecerunt Rationalistæ qui Danielis authenticitatem negaverunt, prorsimum Bartholdius, Griesinger, De Wetie, prima, regionem Aelam regibus Babylon, Nabuchodonosore posterioribus dimicata subiectum fuisse; secunda, tempore Balsasarii nec palatum nec aulam regiam fuisse in Susi; tercero, non nisi sub Dario Hystaspis filio hanum urbum Susan nomen accepisse.

Ad quod breviter respondemus: ad primam, iusta Jerom. cap. xiv, 25; xlix, 34-39, et Ezechiel, cap. xxxii, 24, respondeamus: id est Aelam a Nabuchodonosore monarchia Babylonie adiecta fuit. Ad secundam: Plinii quoniam ut ostendit invenerat, dicti equidem: a Susana est vetus regis Persarum, a Dario Hystaspis filio condita; sed non sicut antea nullam regiam existisse, quæ sentient eo minus creditibiles est, quod ex Herodoto et Strabone Susa urbs est antiquissima a Titone Memnoni patre conditæ: et in ea, propter amplitudinem et magnificentiam, Gracorum reges delectum sedem habuerunt. Præterea, expressum oritur Herodotus, Strabo et Stephanus Byzantinus de ea regia loquuntur, quam τὰ πυρώνα vocant, ex urbis conditore,

**In Elam.** — Elam regio est Persidis: unde Elamini sunt dieli. Planius respondet noster Antonius Fernandius tract. *De Visione veteri Testam. visione XXV*, tempore Daniels Susan tuncum fuisse castrum: sed postea amplificatas adde esse res Susianorum, ut Susan fuerit metropolis Persie. Unde Plinius, lib. VI, cap. xxvii, Susianos ab Elamitis determinat intermedio Euleo flumine. Sic ut ergo tunc una provincia erat Elamitica, ita nitera erat Susiana.

**SUPER PORTAM UELAI.** — super portam urbis Surarum, que dicebatur Uelai. Vatablus et Pagninus vertunt, *super*, id est iuxta, *flumen Euleum*: hoc enim Sussa praterlabilis, de quo Plinius lib. VI, cap. xvii, et forte ab hoc flumine porta urbis dicta est Uelai; unde et Symmachus vertit: *Super paludem Uelai*: et si noster Interpres vertit vers.

3. Ulrumque est probabile: nam Daniel super portam, iuxta fluvium positus in spiritu, vidit hircum in caupo adjacentem cum ariete pugnare. Septuaginta, Theodore, Aquila relinquent vocem Hieronimi, vertuntur: *Super Uelai Uelai*, quasi Uel sit nomen proprium: cum Noster vertat, *portam*; ali, *fluvium*; Scholastes graecus censem Uel esse nomen mons Persie, ad quem in spiritu raptus Daniel.

3. ECCE ARIES UNUS. — Hic est rex Medorum et Persarum, ut explicit angelus vers. 20. Causa est: *Primo*, quia aries, dux ovium, suo ductu et incessu magnifico referit ducent et regem. Unde ait Sapiens *Prover. xxx*, 29: « Tria sunt que bene graduuntur, et quartum quod incedit felicitati. Leo fortissimus bestiarum ad nullus paverbit occursum, gallus succinctus lumbos, et aries: nee est rex qui resistat ei. »

Secunda, quia aries representat pugnas et praedia Cyri et successorum. Aries enim simul ut cornua creverunt, fit pugnacissimum. Quocirca Romanis, cuiquam bellum illaturi, arietem per praedictam premittebant, quem in hostium fines immitteret, qui eos quasi capite et cornibus imperaret et arietaret. Inde et machina bellicula muros olim quatius dicta est aries. Trabs enim erat adunctorum in capite habent ferrum, instar cornu arietis, quod vi in muros adiegebatur, ac more arietum retrocedebat, ut cum impetu vehementer ferret, inquit, Vegetius lib. IV, cap. XIV. Hac forte de causa, inquit Perierius Hierog. 10, cap. xxix, celestis aries Marti est dedicatus; et si qua planetis in humano corpore vis, fel (quod et ira citilis est sedes) a Marte regi dicitur. Unde Origenes, in *Levitici* cap. II, docet Hebreos immolasse Deo arietes, ut per eos significantur nos irascendum iniquitatem debere. Hinc Ammianus celebrat.

et quam usque ad Persarum dominationem extitisse assertur. Ad tertium, medium probari possit a Dario urbem istam Suzan nomen accepisse. Herodotus lib. V, cap. Ixxi; Xenophon, *Cyropaed.* lib. VIII, cap. vi, 22, et contra affirmavit, isto Susan nomine ac antiquissimis temporibus hanc urbem vocatum fuisse.

brat Saporis regis gestamen, aureo capitum arietini figura elaboratum: et Belge insigne militaris nobilissime sodalitatis, a Philippo cognomento Bono, Burgundie dux, habent aureum arietis caput. Unde vocatur vulgo *l'Ordre de la Tison d'or*, id est ordo aurei velleris, et capitis arietini.

**Tertio**, et magis apposite ad hunc locum, aries notum Darium Codomannum, ejusque regnum: quia, ut ai Theodorus, sicut aries et propter lanam et propter carnes neci datur; ita ipse, et cum eo regnum Persarum ob nimiam opum et dilectionem abundantiam quasi pregravatum, tandem corruit, et a Greco occupatum est. Fassus est id ipsum Darii legatus apud Alexandrum, qui ut ei pacem persuaderet, utique cum Dario imperium dividere: « Periculoso, ait, est pregrave imperium, difficile est contine quod capere non possis. Videste ut navigia, que modum excedunt, regi nequeant? Nescio an Darius idem tam multa amiserit, quia nimis opes magne jactura locum faciunt. Facilius est quedam vincere quam tueri. » Ita Curtius, lib. IV.

Porro lana significari opes docet Plinius, lib. IX, cap. XLVII; veterum enim opes erant in ovinis earumque lanis et vellieribus, ut patet in Absalon, II Reg. cap. XIII, 23, et in Job. cap. I, 16, et in muliere illa praudente dicta sapientis, Prov. XXXI, 13: « Quesivit, inquit, lanam et linum. » Addit Fernandius, vis. XXV, sect. II, arietem significare Medos et Persas, eo quod in illis regionibus insignes gigantur arietes, praegrandibus ac pinguisibus caudis; curibus autem ita praeexcelsis, et toto corpore sic obeso et forti, ut ephippis impositis, frenisque adhibitis, pueri in inequitate.

**STABANT ANTE PALUDEM.** — Hebraice, stabant ante **χειρινη haubal**, id est ante portam, aut ante fluvium, ubi Daniel se fuisse dixit vers. precedenti.

**HABENT CORNUA EXCELSA, ET UNUM EXCELSUS ALTERO, ATQUE SUPERCESSIONES.** — Hebrei: *Et unum excelsum secundo, et excelsus ascendebat in novissimo. Sie et Septuaginta: Et quod excelsus ascendebat super novissima.* Aries hic habet duo cornua (ut habent Hebrei, et patet ex sequenti), id est duos fundatores, Darium, Medium, et Cyrus, qui fuit excelsior, inquit S. Hieronymus. Aut, ut Theodorus, duas regales familias, scilicet unam Cyri, quae duravit usque ad Cambysem; alteram Darii Hystaspis, quae amplius et excelsior duravit usque ad ultimum Darium qui vicius est ab Alexander. Aut potius duo cornua sunt Medi et Persarum, autem cornu, id est imperium, fuit excelsius, et utrumque contrivit Alexander, et dicitur vers. 7. Ita Perierius, Fernandius et alii.

**4. VENTILANTEM CONTRA OCCIDENTEM.** — Quia Cyrus ejusque successores, in Babyloniam, Asia minore, Graecia, aliquaque regionibus, quibus Persia orientalis est, gessit bella: et ad aquilonem,

qua Ponticas gentes: et ad meridiem, qua Egyptum, Ethiopia et Libyam Cambyses alique invaserunt.

**Vers. 5.**  
**Hircus**  
est  
Al-  
exan-  
der et  
Graec et  
deem a-  
natologis.

**3. HIRCUS.** — Nota primo, cum S. Hieronymo et aliis passim: hircus hic est rex Graecorum, ut patet vers. 24, maxime Alexander, qui et cornu insignis dicitur, nam post eum plura, sed minor cornua, id est reges Graecorum, regnauerunt. Hircus enim quasi dux prexit et dux capras, ut aries ducit oves, nimurum « dux gregis ipse caper », puta hircus.

**Nota secundo:** Vocabutum hircus, primo, quia hircus fortior est ariete; si Alexander vicit Darium. Equidem hircus barba et villis hirsutus, longis cornibus armatus, capite erectus, fronte tervus, oculis ater, ad vivum representat Alexandrum animosum, acrem, hirsutum, pugnacem et cataphractum. Hircipilli, aut Festus, vocantur densorum pilorum homines. Et Plautus in *Pseudol.*: « Deus tu, ait, qui cum hircinu stras barba, responde quod rogo. » Talis hircipilli fuit Alexander ob feruidam et ignem complexionem: hec enim non tantus os et barbam, sed et totum corpus fuit hirsutum. Addunt Hieronimolus, Gessnerus in *Hercu*, et alii, hircino sanguine, utpote calidissimo, emolliri duriunt adamantis, utpote frigidi et siccii, et scalpi et sculpti possit, et si gemmarum nostri id falsum et ridiculum existimat: ita nil tam forte et durum fuit, quod non frigescit Alexander. Hisce de causis, herobus hirci, aequo ut tauro et ariete olim litabant, ut id ex Homero docent Geraldus et Gessnerus in *Hercu*. Hircus ergo notat Alexandrum qui heroum fuit horum et principes.

**Secundo**, Alexander vocabutum hircus, quia principes erat Graecorum, qui caprums comparantur ob animi mobilitatem et sagacitatem, atque ob acutum ingenii. Nam, ut docet Plinius, lib. VIII, cap. L, capri sagaciore sunt ingenii, acutioris visus, et ad motum agiliores, quam sint oves. Tales fuere Graeci pro Persis. Acumen probet vel unus aristotes ingeniorum apem, quem Plinius, lib. XVIII, cap. XXXIV, vocat immensis subtillitas virum: « Graecis ingenita levitas animorum est, adeoque Aegypti hircum deficerunt, ut Diodorus Siculus, qui et addit Hammonem, colebant tam specie hirci, quam arietis: tam enim caprum, quam arietem adorabant. Nam a pastoribus, qui tam capras quam oves pascunt, Hammon in deum consecratus est, teste Pausania in *Messeniaca*, adeoque Aegypti hircum deficerunt, ut Diodorus Siculus, qui et addit Hammonem uxorem fuisse Amaltheam, ex qua Proverbium: « Amalthea cornu, » significans cornucopiam, et rerum abundantiam. Hec autem Amalthea fuit capra matris Jovis, ut omnes Gentiles assenserunt. Si Hammonis uxor fuit capra; ergo ipse fuit caper, vel certe capri speciem assumpsit.

**Hinc sexto**, in hircu alluditur ad Panem deum Aegyptiorum, qui universum mundi machinam representabat, ut docet Geraldus in *Pane*. Pan enim erat specie hirci, teste Suida, Herodoto et Diodoro. Erat enim capipes, hirsutus et cornutus ut hircus. Unde Properties in *Tertio*:

Capripedes calamo Panes hiant caneant.

Et Ovidius in *Fastis*:

Sunt ocelli Nymphae semicapere deus.

Hircus ergo hic notat Alexandrum instar Panis fore mundi dominum, ac ut deum colendum.

*Sextimo*, hucus brevis est aevi; nam ante sex annos consuecerit, quin libidine vires exhaustit, ut tradunt *Columella*, *Palladius*, et ex iis *Geneserus* in *Hircu*: significat ergo brevem vitam, et breve regnum Alexandri. Bursum hircorum oculi, et libidinem, in transversum aspiciunt, indeque hircus nomen accepit. Nam hirc vel hirqui, teste *Suetonio*, *Iuliorum et Gnesero*, vocant oculorum anguli. Unde *Virgilius*: « Transversa tubitus hircis » Transverso obtutu fuit quoque Alexander, ex quod capite esset, non directo, sed in humerum sinistrum inclinante, et sursum aspiciente; ut si quem coram se consistente inueniri vellit, limis et transversi oculis eum inlueri debet. Ita *Plutarchus*, *Curtius* et alii. Unde priscam Alexandri statuam Romanis in Quirinali, hunc ejus simum representare videmus.

*Octavo*, hircus notat Alexandri galum et aviditatem tum hibendi, tum carpendi, et praedandi gentes et regna. Capri enim et capre omnia gestasuntur, indeque caper græca vocatur γέρας a voracitate. Nam γέρας et γέρανος edere significat. Hinc Ovidius, *In Pastor*:

Rede, caper, viens, tamen hinc cum stabis ad aras,  
In tua, quod spargi cornu possit, erit.

Quod acute et salse Romati in Domitianum Imperatorum, teste *Suetonio* in ejus Vita, transtulerunt: « Vel si me ad radicem comedenter, tantum tamen vii producam, quantum immolando Caesaris posset infundiri. » Quod enim supra vita caro pro ministrabatur, hoc eidem nunc ministratur Domithiano tyranno, vites suocidi jubent. Hinc et capri vocantur, quasi carpi, quod omnia carpant. « Capra, inquit Varro lib. De Lingua Latina, quasi carpa » : a quo scriptum « omnice carpe ». Hinc Baccho, vini presidi, litatur caper, quasi vita vastator. Unde *Virgilius*, *In Georg.*:

Non illam ob culpam Bacchus caper omibus aris  
Cedat.

*No*no, solem, hirci cum aristibus cornutare et duellare, uti Alexander cum Dario decerpit. Qui ergo hinc duelli exemplum sumpergit, sciat sic hircum esse et hircizare. Nec Alexander cum Dario duellum init, sed bellum. Prudenter et magnanime Antigonus, rex Macedonie, Pyrrho regi Epiri per caduceatorem provocanti ad singulare certamen, ut eo secum de regno decernerent, respondit, « dictum suum non armorum magis quam temporum esse; Pyrrho, si vita poniteret, nullas ad interitum patere vias. » Sic et *Fabius Maximus* Cunctato provocatis ab Annibale ad pugnam respondit, « se pugnare iuturum cum sibi, non hosti, communio videatur: se pugnare tempus dare, non ab hoste accipere. » Et Augustus Caesar Antonius provocanti ad duellum respondit: « Si Antonius periret, habet sat multos necis

modos. » Idem respondeant, qui hodie a stultis duellatoribus ad duellum provocantur, hosce imitantes. Hi enim fuerint prudentes, generosi, magnanimi, et rerum domini, qui hoc suo prudenti responso hostem frergerunt et supplanta- runt. Auctor est *Plutarchus* in eorum Vita.

Denique *Eusebius* in *Chron. olymp.* 47, anno *Desiderii* mundi 4610: Hoc, inquit, tempore certantibus in agone τέρπη, id est *hircus*, in premio dabatur; unde aiunt *Tragedes* nuncupatos. » Ita et Alexander certans cum Dario, cumque vinceps hirci nomen quasi victorie premium, vel omen accepit.

Porro hircus hic venit ab occidente; quia Macedonia, unde venit Alexander, occidental est respectu Persie et Asie, quia sibi subiectum. Rursum, « non tangebat terram, » id est, summa uelutaber celeritate in confidientis bellis et victoriis, insta fulminis, quod cito penetral ab ortu ad occasum, sed et cito disparat. Nullam, ait *Curtius*, lib. V, virtutem regis istius magis quam celeritatem laudaverit. Sex enim annis Persas, Medos, Babylonios, Egypcios et viennes gentes debellavit; ut cum Cesare, imo p̄e Cesare, dicere potuerit: « Veni, vidi, vici. » Nota: Sic hos figens in terra pedem symbolum est tarditatis, ita non tangere terram symbolum est agilitatis. Hinc *Virgilius Camille* celeritatem describens, ita canit:

Non tu  
genere ser-  
rata, non et  
cristata  
esse vela-  
dissem  
pum  
plum-  
cilia.

Corsaque pedum prævertere ventus;  
Hila vel infacta segelis per summam volaret  
Gramma, nec teneras curas laisset aristas:  
Vel mare per medium flacula suspensa tumenti  
Feret iter, caleres nec fingeret aquore plantas.

Eadem phrasim Homerius, *Iliad.* xx, uitit, ut exprimat velocitatem equorum regis Erichthonii, et Ovidius de Atalanta ita canit, lib. X *Metamorph.*:

Signa tuha dederant, cum carcere prouos eterque  
Emicat, et summanu celeri pede libat arenam.

Simile de Lada veloci cursore narrat *Solinus*, cap. vii; adeo ut in arenis nulla indicia relinquunt vestigiorum. Porro in Alexandre verum fuit istud: « Quod cito fit, cito perficit. » Et istud *Seneca in Consol. ad Marciam*: « Non durat, nec ad ultimum exit, nisi lenta felicitas. » Et merito *Paulus Orosius* Alexander vocat magnum miseriarum gurgitem, et totius Orientis atrocissimum turbinem.

*PORRO HIRCUS HABEBAT CORNU INSIGNE.* — Hircus sunt reges Grecorum in confuso: cornu hoc præprise est Alexander. Erat hoc inter oculos, quia animalia unicornia cornu habeant inter oculos, idque ut significet Alexandri ingenuum, prudenter, sagacitatem. Ita *Theodoretus*.

*Nota*: Cornu fuit insignis regum; reges enim gestabant cornu quasi symbolum regni. Hinc *Plutarchus de Pyrrho*: « Agnitus, inquit, fuit ipse

eximia crista et cornibus hircinis. » Sic et *Virgilius* institutus est. Patre occiso annum agens vigesimum, regnum adiit.

Anno 1 regni sui, Illyricum, Thraciam et Graeciam perdomuit.

Anno 2, primum prelium cum diebus Daris ad Granicum flumen inivit, victorque Asiae rapuit imperium.

Anno 3, ipsum Darium cum exercitu profligavit.

Anno 4, venit in Phoeniciam, Egyptum et Iudeam, atque Tyrus expugnavit, et Alexandriam condidit, Jerusalem quoque venit, et pontificem Iaddo adoravit, Deoque sacrificavit, atque vafinum hoc Danielis ante ducentos annos ab eodem se editum, quod scilicet ipse Persarum imperium eruerit, hanc gaudens audivit, et fidens certusque de Victoria perrexit contra Darium. Audi *Josephum*, lib. XII, cap. viii: « Alexander, ait, solus ad eum (Iaddum pontificem) accedens, nomen illud (tetragrammaton Dei, quod pontifex in lumina tauri affixa incisum gestabat) adoravit, et primus salutavit pontificem. Syria reges et reliqui obslupuerunt; solus Parmenio propius accedens rogavit quid ita, cum ipse adoraretur ab omnibus, num adoraret pontificem Judaeorum? At ille non hunc se adorasse respondit, sed Deo, cuius pontifex esset, honorem eum exhibuisse. Hunc enim, inquit, vidi, et ante hoc ipsu habitu, cum adhuc esset in Dio Macedonia, qui me deliberauerat quomodo Asiam possem subigere, horum est foris esse animo, et sine mora exercitum trajece: nam sru ductu potitorum me Persarum imperio. Quapropter quin nunc prius tamet habitum huius agnosceris hunc, et visionis memor, quae me ad hanc expeditionem impulit, puto me non sine numine in Darium exercitum ducere, et brevi fore victorie compotem. Hec locutus ad Parmenionem, et comiter complexus pontificem, deducentibus sacerdotibus in urbem pervenit; et cum ascendisset in templum, immolavil teo ex sacerdotio prescriptio, ac pontificis deinde de hac Danielis propheta illi exhibita: « Ostensio sibi Danielis libro, in quo Graecum quandam Persas debellaturum significabat, hunc ipsum se esse interpretatus, hunc dimisit multitudinem. Sequenti vero die vocalis eis, jussit ut quidquid vellent p̄derent. Pontifice autem petente ut patris legibus vivere sibi licet, utique septimo quoque anno concederetur ei tributorum immunitas, concessis omnia. Et cum fecisset eius potestatem, si qui vellent, salvis suis ritibus, sequi ejus militiam, multi in eam expeditionem derund nomina. »

Anno regni sui 6, Alexander tertio prelio planeccidit Darium Calendis octobris, Darioque a suis occiso, Persarum imperium adeptus, atque Asiae imperator salutatus est. Ubi nota cum *Rupertus exemplum illustre*, quam instabilis sit status humanus seculi, et infida fiducia mundi: Darius esse

(1) « Et uenit usque ad arietem illum cornutum quem videbam... » Significat *Alexandri Darium Codomanum* bello aggredientis ad Persici regi flos adveatus.

victus, et a suis derelectus, imo sauciatus ad mortem, sibundus et moribundus, oblatam a milite aquam hausit, eumque misit ad Alexandrum ut haec ei referret: *Felicis te hostem, quam cognatos, propinquosque meos sortitus sum: matri quippe et liberis meis a te hoste vita data est, mihi a cognatis erpta, quibus et vitam dedi et regna.* Audiens haec Alexander, visoque corpore defuncti, tam indignam illo fastigio mortena lacrymis prosequutus est, corpusque regio more seperli jussit.

Reliquis sex regni vitæque annis, Alexander plurimas gentes usque ad Gangem fluvium et Icum Oceanum subjugavit. Ita ex Justino, Curcio, Diodoro et aliis Pererius.

Præsagia mortis Alexandri haec recenset Plutarchus. *Primus, Chaldei monebant Babylonem ut absimberet. Secundum, cum ad muros Babylonis pervenit, corvorum examen vidi certantum, et se mutuo cedentium, quorum aliquot iuxta ipsum sunt delapsi. Tertium, aruspex in hostia truncata extra deprehendit. Quartum, leonem grandissimum et speciosissimum eorum qui ibi alebantur, domesticus asinus adorius calce interfecit. Quintum, hominem contemplatum tacitum in solo sedentem, diademi et amictu regio ornatum, qui rogatus diu non reddidit vocem. Vix tandem, cum ad se redisset, dixit ita sibi jussus a Seraph.*

Porro mortem ejus ita describit Justinus, lib. XII: « In commorsatione, accepto pocula media potionem, repente veluti telo confixus ingenuit. Quarto die indubitate mortem sentiens, agnoscere se fatum domus majorum ait; nam plerosque *Ecclidianus* intra trigesimum annum defunctorum. Tumultuantes deinde milites, insidii perire regem suspicantes, sedavit, osculandamque dexteram suam flebiles porrexit. Cum lacrymarentur omnes, ipse non sine lacrymis tantum, verum etiam sine ullo tristioris mentis arguendo fuit, ut quosdam impatientius dolentes consolarentur. Quibusdam mandata ad parentes eorum dedit, adeo, siue in hostem, ita et in mortem invictus animus fuit. Dimissis militibus, amicos circumstantes percutierunt, videantur similem sibi reperi regem? *Tacentibus cunctis, tunc ipse, ut hoc nesciat, ita illud scire vaticinarique se, ac pene videre oculis dixit, quantis cadibus mortuo sibi sit parentatura Macedonia. Ad postremum corpus suum Illymonis templo condidit. Cum deficeret eum amici videnter, querunt quem impervi faciat heredem? Respondit: Dignissimum.*

Hac voce veluti bellum inter amicos cecinisset, aut malum discordie mississet, ita omnes in amulationem consurgunt. Rursus, Perdicca interrogando quando celestes honores haberi sibi vellet? dixit tum vele, cum

ipsi felices essent. Suprema haec vox fuit regis, et paulo post extinguitur. Ac primo ploratu tota regia personalbat, quin et indignanum voces audiabantur, tam virilem et in flore aetatis fortune que invida deum erexit esse rebus humanis. Subdit deinde ingentia lamenta matris, uxoris et filiarum Daril, imo matrem se inedia confeceisse: « *Magnum profecto indulgentie in eam Alexandri documentum, que, cum sustinuisse post Darium vivere, Alexandro esse superest erubuit. Septimo demum die in summo astu, curu corporis examinum amicis vacavit, nulla tabe, nec livore quidecum corruptum videbat, qui intraverant. Vigor quoque non deseruerat vultum. Itaque *Egypti* iussi corpus curare, primo non sunt ausi admovere velut spirantibus manus. Deinde precepti ut ius fasque esset mortalibus attrahere eum, purgavere corpus, repletumque esset odoribus. Aureum solium, et capitii adjacta fortuna ejus insignia.* »

Vide hic in Alexandro quam sit verum illud *Sapientis*: « *Omnis potestus vita brevis.* » Tantum enim duodecim annis regnavit, in ipso flore aetatis et regni existens. « *Quomodo ecclidiisti de celo, Lucifer, qui mane oriebas?* corrupti in terram, qui vulnerabas omnes gentes? » Habuit hic ipse, ut et Salomon, suas opes, delicias, veneres, victorias, et quidquid mortalis optare potest; sed quam modico tempore! habet nunc suas miseras, inopiam, vermonem et ignem gehennæ, sed quanto tempore! Habuit ea jam per duo milia annorum, habebat ea per centum milia, per mille milliones annorum, habebat ea in omnem aeternitatem. O quam male, quam misere divisa fuit sors Alexandri! Sors hujus vite felix fuit ad momentum; sed alterius vite est infelissima in aeternum. Vide ergo quisquis hic dives, potens, felix et deliciar, ne et tibi tua felicitatis sors hic detur, et in futuro sors altera infelicitas tibi obveniat, ne audias illud Abrahe ad Epulonem: « *Fili, recordare quia receperisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, ut vero cruciatur.* »

Et ORA SUNT (loco insignis illius cornu iam fracti, ut habent Hebrei) QUATUOR CORNUA SUBTER ILLUD, — puta quatuor Alexandri duces: sciellit Antigonus, qui imperavit Asia; Philippus sive Arideus, qui Macedonie; Seleucus, qui Syria; Ptolemeus, qui Egypto. Licebat enim Arianus et Curtius numerent decem Alexandri successores: hi tamen quatuor fuerunt omnium principes. Ita S. Hieronymus.

Vide hic novam Alexandri miseriam, et mundi fallaciem. Nam ab ilis quos ipsa aluerat et exverat, stirps ejus funditus excisa est. Curtius enim, cum eum veneno necatum ab Antipatro, ejusque filii Cassandro et Jolla narrasset, subdit: « *Hæc utrumque sunt tradita, eorum, quos rumor asperserat, mox potentia exsuffxit. Regnum enim Macedonie Antipater, et Græcum quoque invasit. Soboles deinde excepti, interfecit omnibus qui-*

cumque Alexandrum etiam longinqua cognitione configerant. » Clarius id narrat Justinus, qui cum lib. XII narrasset venenum ei datum a Cassandro, lib. XV, tradit ab eodem Cassandro Alexandri matrem Olympiadem, et filium Herculem quatuordecim annorum, item alterum ejus infantem cum matre Roxane inferemplos esse. Ita libido dominandi cedibus sibi regnum parare putat, sed patrat interitum. Pari enim modo Cassander ab aliis regum xenulis interemptus est, minime :

Ad generum Cereris (Platonem) sino cœle et singuline pani.  
Descendent reges, et sicca morte tyranus.

PER QUATUOR VENTOS COELI, — per quatuor mundi plagas.

9. DE UNO AUTEM EX EIS (de Seleuco) EGRESSUM EST CONIUNX NODICUM. — Hoc coram est Antiochus Epiphanes, qui octavo loco descendit a Seleuco.

Nota: Post mortem Alexandri anno duodecimo Seleucus imposuit sibi diadema Syrie, ac conquerenter Judeæ, et viato Antigono, totius Asiae. Hinc ab anno hoc 12, qui fuit primus Seleuci, numerat nunc libri *Machabæorum* annos Grecoarum, sive Seleucidarum, qui præ aliis in Judeos imperium usurparunt. Unde eis fortissime restituerunt Judas, Jonathas et Simon Machabei.

Antiochus Epiphanes vocatur « cornu medium », quia minor natu fuit filius Antiochii Magni (1), qui cum Annibale contra Romanos dimicauit, sed vietus fuisse pacem cum Romanis iniit, obdemque Romanis misit filium hunc Antiochum Epiphænum, qui paulo post, mortuo fratre Seleuco Philopatore, qui patr in regno successerat, Roma fugiens, ejecto fratris filio Demetrio, per vim regnum Syrie invasit, quod configit post mortem Alexandri, anno 150. Itaque hic Antiochus dictus Epiphanes, id est illustris, a rerum gestarum gloria, *primo*, ad orientem Artaxiam regem Armenie devicit, mox ad meridiem profugavit Ptolemeum Philometore regem *Egypti*, atque Alexandri obsecrit, eamque obtinuit, nisi a Romanis coactus fuisset abscedere. Missus enim ab eis Popilus Lenas, Antiochum virga per circulum circumscripti, dicens: « Non excedere hoc circulo, nisi respondas: Juget populi Romanus te *Egypti*, upote eis amica, abscedere. » Respondit Antiochus: « Parebo; » unde frenens frendensque discessit, omnemque deinde iram in Judeos vicinos effudit, ut patet ex libris

(1) Vel ideo quod ejus ditio minor esset quæcumque praecesserunt, regum Syria, quia pater ejus, Antiochus Magnus, a L. Scipione ad Magnesiam vicius, ea deinde conditione pacem a Romanis impetravit, ut Asia multatus infra Taurum regnaret; vel ratione persona, utpote obesse omnem Romanum a patre Antiochio datum (cf. I Machab. 1, 41), contemptus Rom., et talis, ut si res pene regni ordinis stellæ, dignitatem regiam, quam illi deo et seclere consecuta esset, nestigiam in eum collaturi fuissent, ut infra cap. XI, 21 dicitur.

*Machab.* Porro Antiochus hic regnavit 42 circiter annos, ut patet I Machab. 1, 41, collato cum cap. VI, vers. 15.

ET FACTUM EST GRANDE. — *Hebreus, credit valde, vel excellenter; Septuaginta, περιπλόντων προσάρτη, magnificatur est valde* (2).

ER CONTRA FORTITUDINEM. — *Hebreus est Testis tseli, quod Noster verit, fortitudinem; et vers. 12, τας τοικιδας, εις πολιχα, σε ανθισι, ουτι επερισσης, της τσει, id est exercitus. Proprie τσει significat ut est rem timidam, plenam, turbidam, eminentem, his, τερασσαν, pinguiam, que alios in sui amore et is desiderium alicet. Hinc ulterius per catastrophes τσει significat id quod est pulchrum, amabile et inlycum, putu decus, gloriam, decorum, jucunditatem, delicias et capricium, qui homini est in delicia. Unde τσει vel τσεια, et στρατει τσεια, vocatur τσει, id est dana, vel caprea; quoniam vocata est illa pia matrona quam S. Petrus a morte suscitavit. Actor. ix, 30. Tσει ergo est epithetum Judeæ et Ierusalem. Sensus ergo est, q. d. Antiochus pugnabit contra τσει, id est contra Iudeam, que est terra Deo amabilis, decora, excellens, fertilis et desiderabilis: et contra Israel, qui est τσει, id est populus præstans et charus cœlitibus, eorumque deus et gloria, quique Dei et angelorum vallatur præsidio, id eoque est fortissimus. Ita S. Hieronymus.*

40. ET MAGNIFICATUM EST USQUE AD FORTITUDINEM CORRI. — *Pro fortitudinem Hebreus non est τσει, sed τσει, id est exercitus, militia, fortitudo militaris. Ad verbum ergo Hebreus est: *Et magnificatum est usque ad militiam cari*, id est usque ad Iudeos: hi vocantur militia, vel fortitudo cari; quia, Deo dabo invicato et adjuvante, feliciter bella gerobant, ut patet ex libris Machab. Ita et de illis dici potuerit, quod de Theodosio Zognum, opa Dei devinente, cœmit Claudianus:*

0 nimis dilecte Deo, cui militat aether,  
Et conjuncti venient ad classica vendi!

Significat ergo Daniel, quod Antiochus Iudeos devicerit, idque ob eorum peccata, qui anteā erant invincibilis; cum Hierosolyma ob templum esset quæcūq; Dei, et cari collitumque.

(2) « *Contra meridem*, » significatur *Egyptus*, quæ Syria ad austrum est sita, et in hisce variorum septem vocatur, uti contra Syria, ad *Egyptum* relata septentrionalis nomine aliquoties venti, veluti cap. xi, 5, 6, 8, 11, 14, 15. Cf. I Machab. 1, 18 et seqq., et plura de his, quæ Antiochus adversus *Egyptum* gessit. « *Et contra orientem*; » supposito Antiochus expeditionem contra Persides, et regiones ultra Euphraten sitas, I Machab. III, 31, 37; vi, et seqq. Porro, cum eis plures, quas versus cornu illud crevit, commemorare coepisset, expectandum erat, iam vel occidentis, vel septentrionalis vates quætionem factorum esse. Sed pro alterutra addit: « *et contra fortitudinem, vel contra decus, contra terram decoris* (vide cap. xi, 16, 41), id est contra terram Israheliticam, quæ ita vocatur, ob fertilitatem et præstantiam.

ET DEJECT DE FORTITUDINE. — Hebraice de exercitu, scilicet Judeorum, multis prostravit. Est hoc loco gradatio hyperbolica, q. d. Antiochus non solum prævalebit contra Israhel, id est contra Jerusalem pulcherrimam et potentissimam; sed etiam Israhel, id est exercitus non terrestres, sed coelestes, ipsiusque celum et ejus militiam la- casset et invadet; deject stellas et sidera, eaque dejecta pedibus proferat. Unde sequitur :

ET DE STELLIS. — Stellas vocat Judeos illustres nobilitate, doctrina et pietate, quos Antiochus vel minis a patria lege abduxit, vel constantes in ea necavit. Ita S. Hieronymus, Theodoretus, Vatibus et S. Gregorius, XXXII Moral. XII, ubi totum hunc locum explicat. Unde hinc alludens S. Joannes, Apocal. cap. XI, 4, dicit quod draco, id est diabolus, per Antichristum (cuius precursor et typus fuit hic Antiochus) trahet post se in fine mundi tertiam partem stellarum, id est Sanctorum illustrum, quos vel per falsa miracula, vel per promissa opum et honorum, vel per tormenta et minus a Christo ad se apostolice faciet Antichristus. Si cap. XI, 3, audierimus : « Qui ad justitiam erudiant multos, et fulgebunt a quasi stellis in perpetuas aeternitates. » Et Apocal. I, 16, de Christo dicitur : « Habet in dextera sua stellas septem, » Et I Corin. xv, 41, ait Paulus : « Stella a stella differt in claritate; sic erit et resurrectio mortuorum. »

ET USQUE AD PRINCIPEM FORTITUDINIS. — Ausus est Antiochus pugnare contra Deum ipsum, eumque bello lassceret, et quis ad duellum provocare: Deum, inquam, qui erat princeps militie et fortitudinis populi sui Iudei: Antiochus enim idolum Jovis Olympii in templo Hierosolymitanum collocavit, et ab eo illud nominari voluit, itaque Deum quasi de loco suo deject, aliumque deum in eius possessionem induxit: imo ipse per fastu deum quasi se reputabat. Nam « sibi videbatur fluitus mari imperare, et montium altitudines in statera appendere, et sidera celi contingere, » (et haec deus hic stellae dejecisse dicitur) uti habetur II Machab. IX, 8 et 10.

ET AB EO TULIT JUGE SACRIFICIUM. — Vetus Deus sacrificari agnum manu et vespera, quod erat juge sacrificium; sub quo catena omnia intelligit: omnia enim sustulit Antiochus.

ET DEJECT LOCUM SANCTIFICATIONIS EIUS. — Antiochus non combussit, nec diruit templum: sed illud « deject » de sua gradu et honore, ne esset templum Dei, quia illud profanavit et Jovi dedicavit: unde in altari carnes suillas, in legis et Iudeorum opprobrium immolaru jussit: proibuit circumcisionem, sacros libros combussit, Iudeos ad Grecorum religionem compulit; Eleazarum, septem fratres, aliasque id recusantes occidit. Hinc Nazianzenus, orat. 22 De Machabaeis, Antiochus vocat demonem, eumque comparat demoni, qui adolescentes tentat, et impellit ad peccata.

12. ROBUR AUTEM DATUM EST EI (Antiochus dala <sup>Vita</sup>, ut est potestas et exercitus, ut habent Hebreos) CONTRA JUGE SACRIFICIUM (non ob ejus merita aut vires, sed) PROPTER PECCATA — Judeorum : Deus enim eligit locum propter gentem, non gentem propter locum: unde et modo permittit tempa ab hereticis violari, et sanctum Euchristiam conculari, idque ob peccata ibidem admissa. Unde Vatibus hic verit: Exercitus (scilicet Judeorum, ut dictu vers. 13) traditus est ei (Antiochus) cum peregrini sacro per seculum; vel : Exercitus traditus est ei propter sacrificium iuge ob iniuriam, id est propter iniquitates quas admisit Israelite in iuge sacrificium, venerunt in potestate Antioch. Eius videtur velle Septuaginta dum vertunt: Ιεροντι την βασιλειαν παραγενεται. Factum est super sacrificium peccatum. Et paulo ante: Sacrificium turbatum est. Theodoretus addit: οπαρεται, id est detrecto, hoc est, propter delicta sacerdotum et populi. Porro noster Interpres in hebreo videtur legisse (Israhel), de quo vers. 9, aut Israhel accepit pro tebe: Hebrew enim sepe communant litteras quiescentes יְהוָה. Aut certe pro robur intelligi exercitum: hanc enim significat Israhel, et hic dat regi robur.

ET PROSTERNETUR VERITAS IN TERRA. — « Veritas, » puta vera Dei fides, cultus, religio: haec enim sustulit Antiochus, Septuaginta pro veritas vertunt, justitia : conciliata enim religione, conciliatur et justitia.

ET FACIT, ET PROSPERABIT. — Antiochus faciet quidquid volet, idque prospero eventu. Est hendiadys.

Dices : נָסָתָא, id est faciet, est feminini generis; ergo non referit Antiochum, sed veritatem, q. d. Veritas in terram, quasi semen dejecta, fructum faciet, magis que multiplicabitur: nam sanguis martyrum semen est fidelium, ut inquit Tertullianus. Illa expiant Mardonius et Fernanus. Verum respondeo, Nasata, id est faciet, resipici יְהוָה kerea, id est cornu, quod est feminini generis: Antiochus enim est cornu modicum, de quo a vers 9 egit huc usque; quia ergo kerea est femininum, hinc femininum verbum ei attribuit hic, et vers. 9. Verum, quia per keren intelligit Antiochum, hinc vers. 11, utitur verbi masculini.

13. ET AUDIVI UNUM DE SANCTIS. — Audivi angelum unum superioris ordinis, ex iis qui Deo assistunt, cap. preseed. vers. 10 (1).

ALTERI NESCIO CUI LOQUENTI, — cuiusdam cuius no- men ignoro, loquenti: hebraice enim est נָשָׁלָה.

(1) Quae illi qui proxime antecedunt versibus Daniel narravit de abolendo sacrificio iugi, de vastatione templi, et de populo Iudeo impiorum vexationibus permittinge, cum ex sola visione percipere non posse: jam subdit, unde hanteri qua de regis illius impi, quem corn significavit, rebus gerendis proxime antea dixit. Imnotuisse sibi illa sit ex eorum angelorum colloquio, cuius testis fuerit.

peloni, quem Hispani vocant fulano, Galli un quidam. Unde Aquila, Theodotion et Septuaginta retinuerunt hebream vocem, verteruntque ♀ ♀ ♀: quam minus recte Eudoxius transluit, anticissimo, praesidis precipuo. Inde Daniel se tres ut minimum angelos vidisse, vel potius audisse. Nam vidit unum loquentem cum aliquo alio, et unum alterum ab eo qui loquebatur sic interrogantem: Usquequo visio? Ex his patet vera esse ea que de angelorum locutione et illuminatione quam inferiores a superioribus accipiunt, tradit S. Iohannes lib. De Cœlest. Hierar. Vide dicta I Corin. xii, 1, ubi discutri de lingua angelorum. An hi angeli fuerint diversi ab illis vers. 13, an vero idem, non liquet. Potius unus hic enim loquens, mox vers. 13 ad Danielēm advolare, eique viri specie spectandum se probare, ac visionem expondere. Utroque Fernando, vis. XV, sect. v, censem eum qui hic loquitor, nec nominatur, esse illum ipsum qui vers. 16, vocatur Gabriel.

Quiquid de hac re sit, certum est angelos hos locutos esse inter se de persecutione Antiochi Epiphanius, ejusque terminum optavisse, ut ostenderent se esse angelos presides et tutelles Judeorum, sive fidelium, et populi Dei, eorumque res curare et cordi habere, ac tante eorum calamitati condolere et misereri, eique tempore a Deo presulito finem impositos.

USQUEVISO, ET JUGE SACRIFICIUM (et significat id est, q. d. Quandiu sacrificium iuge quod Daniel ab Antiochō sublatum vixit, sublatum manebit?), ET PECCATUM DESOLATIONIS (id est desolationis urbis) quae (propter Judeorum peccatum) FACTA (id est facienda) EST (repete usquevo, scilicet, durabit?), ET SANCTUARIUM (templum), ET FORTITUDINIS; — hebraice נָסָתָא, id est exercitum populisque Dei, usquequo conciliabitur?

14. ET DIXIT EI: USQUE AD VESPERAM ET MANE, DIES DUO MILLIA TRECENTI. — « Usque ad vesperam et mane, » id est secundum noctum dierumque successione, q. d. Dies naturales (quorum quisque constat vespera et mane, id est nocte et die) hujus desolationis erunt 2300.

Tertio et apissimum, Pererius et Pintus: « Usque ad vesperam et mane, » id est usque ad diem illum, qua scilicet finiter desolatio Antiochi, erunt dies 2300. Dies enim naturales per vesperam et mane quasi per sui finem et principium, describitur Gen. I, 5. Secundo, aliud at juge sacrificium, quod at hoc die restituentem: illud enim offerebatur tam vespera quam mane; ideo dicit: « Usque ad vesperam et mane, » potius quam « usque ad diem illum. »

DIES DUO MILLIA TRECENTI, — id est anni sex,

menses quatuor, dies 20; exopt enim haec Iudeorum per Antiochum desolatio anno 143 Greco- rum, ut habetur I Machab. I, 21, et duravit usque ad annum 149 quo mortuus est Antiochus, I Machab. VI, 16. Licit enim, anno precedente 148, Judas Machabeus mandaverit templum ab Antiocho pollutum, ut patet I Machab. IV, 52; tamen quia adhuc vivebat Antiochus, nondum desolatio et persecutio cessabant, nondum libere agere et sacrificare poterant Iudei: eo vero mortu anno sequenti 149, omni motu et persecutio soluti, libere sacrificare suaque festa et sacra publice et intrepide celebrare cooperant: unde illum annum quasi restituta libertas, sacrificii et religionis notat hic angelus. Perperam apud Septuaginta legitur, dies 2400, apud alios, teste S. Hieronymo, dies 2200. Hebreo enim et Latina constanter habent dies 2300.

15. QUASI SPECIES VIRI. — Angelus hic fuit, species viri apparet Danieli, quem Hebrei censent fuisse Gabrielem. Ille enim mox jubetur visionem exponere Danieli: angelum vero alterum qui illi acclamavit, iustitiae visionem exponebat, Michaelen fuisse censem veteres Hebrei, inquit S. Hieronymus, qui et addit: « Quia visio de preliis erat, regumque certaminibus, imo regnorum successionibus, Gabriel, qui praepositus est prelii, huius officio manipulatur. Gabriel enim in lingua nostram veritum, fortitudo, vel robustus Dei. Unde et eo tempore, quo erat Dominus nascitus, et indicatus bellum demonibus, et triumphatus de mundo, Gabriel venit ad Zachariam et ad Mariam, Lucas I. Et postea in psalmis legitimus de Domino triomphante: Quis est iste rex gloria? Dominus fortis et potens: Dominus fortis in prelio, ipse est rex gloria. Ubiqueque autem medicina et sanatio necessaria est, Raphael mittitur, qui interpretatur aratatio, vel medicina Dei: hoc videlicet nomini interpretatione significante, quod in Deo sit medicina vera. Porro ubi populo prospera promittuntur, et sacerdos (quod nos vel propitiacionem, vel expiationem possimus dicere) necessaria est, Michael dirigitur, qui interpretatur: Quis sicut Deus? ut scilicet intelligatur, quis propitiacionem vel expiationem nullus possit afferre nisi Deus. »

16. INTER ULAI, — inter portas, vel inter ripas Ulai, ubi in spiritu consistebat Daniel, ut dictum est vers. 2.

17. IN TEMPORE FINIS (id est tempore definito et constituto a Deo) COMPLEBITUR VISO. — Unde ex Hebreo clare sic veritas: In tempore (a Deo definito) erit fons visionis, id est complebitur haec visio. Sic enim se explicat vers. 19, dicens: « Ego ostendam tibi que futura sunt in novissimo maleficiis, » id est ira Dei, quando scilicet impleta mensura peccatorum, tum Persarum, tam Iudeorum, Deus ea poniet per Alexandrum et per Antiochum. Quod enim ibi subdit: « Quoniam habet tempus finem suum, » idem videtur esse

cum eo quod hic dicit: « In tempore finis, » Tem-  
pus ergo finis est novissimum maledictionis, id est  
ira Dei. Hinc secundo, per hypallagen sic explicari  
potest: « In tempore finis, » id est in fine tem-  
poris, scilicet a Deo, et bela decreti et destinati.  
Ita Septuaginta. *Tertio*, longius abit Vatablus,  
dum veritatem: *Vixum eveniet post finitum captivitatem*  
Babyloniam, quasi tempus finis sit illud, quo  
finiuntur 70 anni captivitatis Babylonice. Verum  
ejus nulla hic praecessit mentio: et hec dum post  
captivitatem contingunt. *Quarto*, alii sic expli-  
cant: « In tempore finis, » quo scilicet Antiochi  
persecutione finiuntur, complebitur hec visio, pre-  
serlin ea parte qua dixit vers. 14: « Usque ad  
vesperam et mane, dies duos millia trecenti, »  
quasi eo respiquet angelus. Verum hoc arduus est,  
neque satis consentit cum vers. 19, quod dicit in  
novissimo maledictionis hec futura, puta reg-  
nante Alexandre et saeviente Antiocho, ut in se-  
quentibus explicat, ubi clare docet visionem hanc  
finiendum et implendum esse per utrumque hunc  
regem, ilum Persas, hunc Iudeos invadentem  
et proferentem. *Luce* enim Judei iam affligeren-  
tur et prolerentur a Chaldeis, tamen longe grav-  
ius affligendi erant ab Antiocho. Hic enim non  
corpora, ut Chaldei, sed corpora et animes pro-  
trivit, cogendo omnes ad idolatriam, et sacra  
omnia vel abolendo, vel profanando. *Quinto*,  
ali: « In tempore finis, » inquit, id est in  
tempore brevi finiendo: exicit enim attentionem  
Prophetae, et simul confirmat prophetum adeo  
veram esse, ut brevi tempore complenda sit. Sed  
obstat vers. 26; ibi enim sit eam fore post multos  
dies: persecutio enim Antiochi configit pene 400  
annis post Danihelum. Esto enim hoc tempus breve  
sit respectu Dei et aeternitatis, tamen nobis longum est, et vers. 26, longum vocatur: eur ergo  
hic illud vocaret breve? parvifera enim et  
uniformiter loqui solent Prophetae. Quocirca me-  
lius Vatablus contraire exponit hoc modo: « In  
tempore finis, » id est in tempore tandem finiendo,  
hoc est, post longum tempus complebitur  
hec visio.

18. COLLAPSUS SUM. — Hinc videtur quod Daniel  
bis collapsus sit in terram, *primo*, ad presentiam;  
*secondo*, ad vocem angel. Ita Maldonatus.

19. QUES FUTURA SUNT IN NOVISSIMO MALEDICTIONIS.  
— Hebreus: *Quae futura sunt in extremo iuv.*, cum  
scilicet ira Dei, quam ipse jam cibabit, peccatis  
Persarum, et Iudeorum irritata, ad summum per-  
venierit, et in ultimum erumpet.

QUNIAM HABET TEMPUS FINEM SUUM, — id est suum  
periodum, suum spatium, suam etatem, sibi a  
Deo praestitutum et definitum, ut in ea adveniat,  
adducatur secundum omnia que in tempore illo  
futura sunt, queque hic futura praevenientur et  
praedictior. Vida dicta vers. 47.

21. HIRCUS. — Hebraice sunt duas voces *חַדְבָּה*  
*hattosphir hassar*, q. d. *Hircus, hircus*; sed  
quem vers. 5, chaldaice vocavit *battosphir*, cum-

dem hic hebraice explicans vocat *hassar*. Hircum  
enim chaldaice vocari *tsaphir*, hebraice *sair*, id-  
que a pilis et villis quibus abundat, docent Vata-  
blus, Marinus Brixienensis in *Lexico*, et alii.

22. QUATUOR REGES (quos nominavat vers. 8) ne-  
GENTE EIUS CONSERGENT (erunt enim Graeci et Ma-  
cedones, qualis fuit Alexander), *SED NON IN FORTI-  
TUDINE EIUS*, — id est nequam illi viribus pa-  
res erunt. Vere Paulus Orosius, lib. III *Hist. cap.*  
xxii: « Alexander, inquit, per duodecim annos  
tremens sub se orbem ferro presisset: principes  
vero ejus quatuordecim annis dilaniaverunt, et  
velut opimam predam a magno leone prostratam  
avidi discerpsero catuli, seque ipsos invicem in  
rinxerunt irritatos preda amulcuntur fregruent.

23. ET POST REGNUM KORUM, — quatuor primo-  
rum, qui Alexandro proxime successerunt.

CUM CREVERINT INQUIRATES — Iudeorum, ita ut  
earum mensura completa Deus permittat seire  
Antiochum in Judeos. De peccatis hisce videt *Machab.* i, 12 et seq.

CONSERGENT — non proxime, sed remote: sex  
enim reges medit intercesserunt, regnaueruntque  
per annos centum et sex.

REX IMPUDENS FACIE, — puta Antiochus Epipha-  
nes, rex impudens, qui nec Deum, nec homines  
reverebitur: unde in multis erit ipse typus Anti-  
christi. De quo vide S. Gregorium, *XXXII Moral. xii.*

ET INTELLIGENS PROPOSITIONES, — abstrusus sei-  
licet, et vix ulli hominum cognitus. Hebrei *רַבָּתָה  
כִּיאוֹלֶט*, id est enigmata, strophias et versutias, q. d. Antiochus erit acutus et astutus, sagax et cal-  
lidus. Alii sic exponunt: *Intelligens propositiones*, id est intelligere faciens hanc de se prophetiam: ipse enim suis factis eam adimplabit, itaque eam omnibus conspicuum faciet. Sed hoc remotius et alienius videat.

24. NON IN VIRIBUS SUIS, — sed permissu Dei, vo-  
lent punire eum peccata Iudeorum, ut dixit  
vers. 12.

ET FACIT, — perficit scelera que animo desti-  
nat, parem habebit manum ingenio, et opera pa-  
ria sua strophis.

25. ET IN COPIA RERUM OMNUM, — cum omnibus  
rebus ad malum agendum abundatus sit; erit enim  
ei copia opum, militum, armorum, principum, etc. Hebreus est: *Et in pace multos occidet*, id est multos  
innoxios et pacificos occidet: aggredietur enim  
eos nihil tale suscipientes, ut post in otio degen-  
tes: ita Vatablus, aut, ut Maldonatus, *in pace*, id  
est impune, sine ullo suo detimento occidet eos.

Verum pax Hebreis non tantum quietem, sed et  
prosperitatem ac copiam rerum, que in pace esse  
solet, significat. Unde Noster plenius vertit, « in  
copia rerum, » cum scilicet tam Iudaici, quam  
Graeci pace et copia rerum abundantur: sed Ju-  
daici otio et luxu diffundit, Graeci vero eodem ad  
arma et bella utentur; tunc ipse Epiphanes Gra-  
cius occidet mullos.

ET CONTRA PRINCIPES PRINCIPUM, — contra Deum

qui est Rex regum, et Dominus dominantium.  
Vide vers. 21.

ET SINE MANU CONTERETUR. — Aniochus Epi-  
phanes ut pugnavit viribus, non tam suis quam  
Dei: ita cadet telo, non hominum, sed Dei, ab  
eo percussus factore et vermissibus anno regni su-  
i duodecimo, ut mortis intelligentia se non viribus  
homini, sed divino iudicio puniri. Sic Antiochi-  
sum Christus occidet spiritu oris sui, *II Thes. sal.* ii, 8; solo enim flatu et jussu suo occidet  
eum sine armorum et militum strepitu. Vide ibi  
dicta. Mirum est Septuaginta vertere: *Et quasi  
ova manu conteret, scilicet Judaeos Antiochus.*

Nota: Licet ad morbum et mortem Antiochi  
concurrent varie cause naturales, ac prae-  
tim gravis ejus morbor et melancholia, concepta  
tum ex nuncio fusi sui exercitus in Judea, tum  
ex turpi sua fuga e Persia, tamen precipua causa  
fuit vindicta Dei, quia blasphemum et superbum  
persecuta est, et cladibus jam dictis aliisque gra-  
vioribus affixit. Hoc enim clare dicitur *II Machab.*  
cap. ix, 5: « Qui universi conspicit Dominus Deus  
Israel, percussit eum insanabilis et invisibilis plaga.

Ut enim finivit hunc ipsum sermonem (quo dixer-  
it Antiochus, se Hierosolymam congeriem sa-  
pulcri Iudeorum facturum), primo, apprehendit  
eum dolor dirus viscerum, et amara interornorum  
tormenta: et quidem satis justa, quippe qui mul-  
tis et novis cruciatis allorum lacerat viscera; »  
secundo, cum superbia et ira furens in Iudeos  
uberiter celerrime agitari currum, « configit illum  
impetu eunte curru cadere, et gravi corporis  
collitione membra vexari. Isque qui sibi vide-  
batur etiam fluctibus maris imperare, supra hu-  
manum modum superbum repletus, et montium  
altitudines in statera appendere, nunc humiliatus  
ad terram in gestario portabatur, manifestans  
Dei virtutem in semeltempo contestans; » tertio,  
membris eius competrerunt; « ita ut de corpore  
impili vermes scaturirent, ac viventis in doloribus  
carnes ejus effluarent, odore etiam illius et  
coiore exercitus gravaretur: et qui paulo ante  
sidera celi contingere se arbitrabatur, eum nemo  
poterat propter intolerantiam fatoris portare. »

Hinc quarto, « caput ex gravi superbia deductus  
ad sualiquitatem venire, divina admotus plaga,  
per momenta singula doloribus suis augmenta-  
ta patientibus. Et cum nec ipse jam fatorum suum

COMMENTARIA IN DANIELEM PROPHETAM, CAP. VII.

109

ferre posset, ita ait: Justum est subditum esse  
Deo, et mortale non paria Deo sentire. Orabat  
autem hic scelestus dominum, a quo non  
esset misericordiam consecuturus. » Hoc Antiochi  
exemplum ob oculos sibi ponant superbii et blas-  
phemii, preserum tyranni, et Ecclesie ac fidelium  
persecutores, ac similem Numinis vindictam, or-  
lesti eos iudicio perurgente, ni resplicant, ex-  
spectent.

Hic de causis in duello arietis et hirci, quod  
hunc capite describitur, hic Antiochus notatur per  
hircum, aequo ac Alexander. Conditiones enim  
hirci, quas recensui vers. 5, tam illi, quam huic  
conveniunt. Fuit enim Antiochus versutus, arra-  
gans, libidinosus, rapax, pugnax eliam in arietem (id est, in Persis, ut patet *II Machab.* ix, 1),  
brevis aevi et regni, ac fortidus in vita et morte  
ut hircus. Id magis patet cap. xi, 20 et seq.

26. ET VIXI VESPERE ET MANE (id est vesperini  
et matutini temporis, sive que complebitur in  
vespera et mane diei 2300) VERA EST, — ut dio-  
cetum est vers. 14.

TO ERGO VISIONEM SIGNA, — apud te reservata  
et annula; quia nemo jam plene eam intelligit:  
eventus enim post multa tempora, scilicet post 400  
pene annos. Hac enim de causa cum remota est  
prophecia, jubet Deus Propheta, ut eam signent  
et claudant. Secundo, Origenes, hom. 13 in *Num.*:  
« Signatus, inquit, liber dicitur, pro eo quod  
figura perplexus est, et enigmatis involutus. »  
Et Pineda lib. V *De Rebus Salomonis*, cap. xiii.  
« Signa, » inquit, id est scribere prophetiam notis  
arcana, sicut Egypti scribebant per notas et  
characteres hieroglyphicos; ut eliamnum scri-  
bunt Simenses. Sic signatus fuit liber ostensus  
S. Joanni, Apoc. v, « signis septem, » quasi sep-  
tem characteribus arcana quadam mysteria con-  
tinenterunt, que capite vi reserantur et expli-  
cantur.

27. LANGUI ET EGROTAVI, — percusus et conser-  
natus admiratione visi, puta angeli loquientis, et  
desolacionis tanto genit mense imminentis, quam  
prædicabant angelus.

NON ERAT QUI INTERPRETARUS, — in particulari  
nomina, tempus aliasque circumstantiae visionis  
mense, que erat de rebus futuri: eam enim in  
generali tantum angelus, *interpretatus* erat Da-  
niel, vers. 20.